Cor^m tur conclusio vera. ¶ Ex ista cōclusione sequitur correla rie. Or non est possibile sortem credere precise ciceronē de cipi:⁊ platonem credere precise decipi ciceronem:⁊ cicero nem credere precise alterum illorum non decipi:patet. qr si possibile est ponatur in esse:⁊ queratur an sortes vel pla to credit verum vel falsum:⁊ qualitercūq; dicatur:cōclu-
3^a p^o. de ꝙ cicero decipitur:⁊ ꝙ ipse nō decipitur vt prius. ¶ 3^a conclusio est ista. Sicut possibile est ꝙ sortes credat pre-cise decipi seipsuz: ⁊ ꝙ homo est asinus:ita est possibile ꝙ ipse credat precise:ꝙ omnis homo decipitur.ista cōclusio pz:quia quocūq; istorum admisso:non sequitur aliqua cō tradictio:sed conceditur ꝙ sor.decipitur:⁊ ꝙ credit falsuz aut.s.ꝙ homo ē asinus admissa prima parte:aut ꝙ omnis homo decipitur admissa secūda.⁊ si dicitur sor.credit pre cise seipsum decipi.⁊ ꝙ homo est asinus.igitur credit preci se seipsum decipi.nego consequentiam:quia arguitur a to to copulato ad alteram partem dictione includente:nega
Cor^m tionem determinante copulato. ¶ Ex ista conclusione se-quitur. Or possibile est sor.precise credere platonem deci-pi:⁊ econuerso patet quia admisso illo:non sequitur contra
4^a p^o. dictio:siue concedat sor.credere verū:siue falsum. ¶ Quar ta cōclusio est ista. Possibile est quēlibet hominem crede re precise ꝙ omnis homo decipitur: ⁊ tamen impossibile est omnem hoīem credere p̄cise:ꝙ oīs hō decipit:p^a pars patet.qm̄ admisso:ꝙ qlibz hō credat p̄cise ꝙ omnis hō de cipitur:cōceditur ꝙ quilibet homo decipitur:⁊ ꝙ ipse cre dit falsū.vz.omnē hominez decipi.quia admisso casu con ceditur ꝙ aliqua mulier est que non decipitur:ex quo nul la sequitur contradictio. 2^a pars conclusionis probatur sic:quia si possibile est ponatur ī eē.⁊ arguitur sic. Omnis homo credit precise omnem hominem decipi. igitur om-nis homo decipitur:⁊ credit falsum.sed omnem hominez decipi est verum.igitur omnis homo credit aliud q̄ ꝙ om nis homo decipitur.⁊ per cōsequens non omnis homo cre
Cor^n dit precise omnem hominem decipi: qd̄ est oppositum ca
Cor^m sus. ¶ Ex ista conclusione sequitur corrlarie. Or per to-tam horam futuram tu credes precise ꝙ omnis homo de decipitur.⁊ tamen in fine hore stantibus terminis: deus nō posset facere ꝙ tu crederes precise:ꝙ omnis homo de cipitur.probat̄ (⁊ pono) ꝙ per totam horam futuram tu credes precise ꝙ omnis homo decipitur:⁊ ꝙ in fine hore tu eris omnis homo:⁊ non ante.isto posito patet pria pars conclusionis:quia pro illa dico ꝙ per totam istam horam tu deciperis:⁊ credes hoc falsum.s.omnem hominem de-cipi.sed probatur secunda pars:quia si deus stantibus ter minis in fine hore posset facere:ꝙ tu crederes precise: ꝙ
2^a p^o. omnis homo decipitur:⁊ ī fine hore tu eris omnis homo: pono ergo ꝙ in fine hore:deus te existente omni homine faciat ꝙ tu credas precise ꝙ omnis homo decipitur. quo admisso.arguitur sic.tu credis precise ꝙ omnis homo de-cipitur.igitur tu deciperis ⁊ credis falsum. sed omnez ho-minez decipi est verum:quia tu es omnis homo. igitur tu credis aliquid aliud:⁊ per consequens tu non credis pre-cise ꝙ omnis hom decipitur.

His visis patet responsio ad argumētum principa-le concedendo illam consequentiā: tu cre dis precise.ꝙ omnis homo decipitur. igitur tu deciperis. ⁊ ad casum non admitto ipsum:quia implicat cōtradictio nem:admitterem tamen:ꝙ tu credis precise ꝙ omnis ho mo decipit:aut ꝙ tu credis hoc.s. ꝙ omnis homo decipi-tur:⁊ ꝙ homo est asinus:aut vnum aliud falsuz. Ulterius admiterem cum secundo cāu nuper hic posito: ꝙ omnis homo non tu decipiatur. sed istud non admitterem cum primo casu superius posito propter causam sepissime di-ctam. ¶ Ex qua responsione sequitur:ꝙ aliquis casus est Cor^m possibilis qui per appositionez vnius copulatiue ad ipsuz maneret possibilis:⁊ tamen per appositionem vnius par-tis illius copulatiue:soluz totus casus fieret impossibilis. patet.nam iste casus est possibilis:ꝙ tu credis p̄cise ꝙ om nis homo decipitur:cui si addatur hec copulatiua homo est asinus ⁊ omnis homo non tu decipitur. adhuc casus ē possibilis vt est dictum:⁊ tamen si additur hec pars copu latiue solummodo:omnis homo non tu decipitur:casus ē impossibilis:vz.tu credis precise:ꝙ omnis homo decipit: ⁊ oīs homo non tu decipitur.quare.⁊c̄.

¶ Capitulum de insolubilibus.

Quintodecimo principaliter ad questionē arguitur.ista cōsequētia est bona.A.significabit precise: ꝙ quodlibet verum erit fal-sum.ergo.a.erit falsum:⁊ hec eadem nō va let.igitur questio vera.tenet consequentia ⁊ antecedens probatur. Et primo pro secū da parte.nam casu possibili posito antecedens est verum: ⁊ consequens falsum.igitur consequentia non valet.ante-cedens probatur:⁊ pono ꝙ q̄diu.a.erit .a. significabit p̄ci se ꝙ quodlibet verum erit falsum: ⁊ ita erit ꝙ quodlibet verum erit falsum q̄diu.a.erit.isto posito antecedens est verum per casum.⁊ ꝙ consequens sit falsum ꝓbatur. nā q̄diu.a.erit.a.erit verum.igitur non erit falsuz.antecedēs ꝓbatur.nā quādiu.a.erit:ita erit ꝙ quodlibet verum erit falsum: ⁊ q̄diu.a.erit.a. significabit precise ꝙ quodlibet verum est falsum. Sed iam ꝓbatur prima pars antece-dentis.vz.ꝙ illa consequentia est bona:quoniam oppositum consequentis repugnat antecedenti: hec enim repu-gnant.a.significabit precise ꝙ quodlibet verum erit falsū ⁊.a.non erit falsum:probatur .⁊ facio istam consequentiā. Quodlibet verum erit falsum.a.non erit falsum.igitur.a. non erit verum. Ista consequentia tenet in quarto secun de figure:⁊ q̄diu.a.erit:erit.ita sicut. significatur per ante cedens:igitur q̄diu erit.a.erit ita sicut significatur per cō sequens:⁊ ita.a.erit ⁊ non erit verum:nec falsum:qd̄ erit ꝓ possibile. ¶ Confirmatur sic.a.non erit falsuz ⁊.a .erit:igi tur.a.erit verum q̄diu erit:arguo ergo sic. Omne verū erit falsum.a.erit verum.igitur.a.erit falsum. Ista conseqnen tia est bona.⁊ q̄diu.a.erit:erit ita sicut significat̄ per ante cedens:igitur q̄diu.a.erit:erit ita sicut significat̄ per con-sequens: qd̄ repugnat secunde parti principalis copulati ue facte ex antecedente.⁊ opposito consequētis.

Circa materiam huius rationis pono quat-tuor conclusiones quarum prima est ista.A.significabit precise ꝙ quodlibet album erit nigrum. et ita erit ꝙ quodlibet album erit nigrum:⁊ p^a p^o tamen.a.nunq̄z erit verum: probat̄ :⁊ pono: ꝙ.a.sit ista p posito:quodlibet album erit nigrum que significat ⁊ signi ficabit precise q̄diu erit ꝙ quodlibet album erit nigrum ⁊ q̄diu.a.erit non erit ita ꝙ quodlibet album erit nigruz: sed post desitionez. a. erit ita ꝙ quodlibet albū erit nigrū Isto posito patet prima pars cōclusionis. sed scōaz probo. nam q̄diu.a.erit.a.significabit precise ꝙ quodlibet albuz erit nigrum:⁊ q̄diu.a.erit:erit ita ꝙ non quodlibet albuz erit nigrum per cāum.igitur q̄diu.a.erit.a. erit falsum: ⁊ per consequens nunq̄z erit verum. ¶ Ex ista conclusione Cor^m sequit̄ corrlarie. Or ista ꝛsequētia ñ valet.A. significabit cise ꝙ quodlibet verum erit falsuz.⁊ ita erit ꝙ quodlibet

verum erit falsum:igitur.a.erit verum:posito enim q̃.a.sit illa propositio qlibet verũ erit falsũ:sic precise significãs q̃diu erit.Et q̃ post desitionem a.erit ita q̃ quodlibet verum erit falsum:q̃ non erit ita ante desitionem ipsius.a.antecedens est verum:ꝛ consequens falsum:tamen bene sequitur.a.significabit precise q̃ quodlibet verũ erit falsum. ꝛ tunc ita erit q̃ quodlibet verum erit falsum: igitur.a.erit verũ.Etiã sequitur.a.significabit ꝑcise qd qlibet album erit nigrũ:ꝛ tunc ita erit q̃ quodlibet album erit nigrũ.igit̃.a.
2ª ℭ erit verum.ℭ 2ª cõclusio est ista.aliq̃ est propositio significans solũ cathegorice principaliter que aliquando significabit ypothetice ꝑncipaliter:ꝛ tamen nulla in ea fiet mutatio:nec noua adueniet illi impositio.ista conclusio patet de ista.omnis propositio est falsa:ponendo q̃ ipsa aliquando erit omnis propositio:ipsa.n.solum significat cathegorice principaliter sicut ꝛ suum contrarium.s.nulla propositio est falsa:ꝛ quãdo ipsa erit omnis propositio significabit principaliter:q̃ omnis propositio est falsa: ꝛ q̃ ipsa est vera:quemadmodum ꝛ alia insolubilia:quorum significa
Cor^m tiones reflectuntur ad se totaliter.ℭ Ex ista conclusione sequitur corrolarie.Or non est possibile omnem propositionem esse falsam:ꝛ hanc omnis propositio est falsa:esse omnem propositionem ꝛ significare precise:q̃ omnis propositio est falsa:probatur.quia si est possibile ponatur in esse:ꝛ sit.a.illa omnis propositio est falsa:quero tũc.an.a.est verum vel falsum.si verꝫ:ꝛ.a.significat precise q̃ omnis propositio est falsa:igit̃ ois ꝓpositio ẽ falsa ꝛ.a.est ꝓpositio.igit̃ .a.ẽ falsum:qd repugnat ꝑ ꝓcesso. Si dr̃:q̃ a ẽ falsum: ꝛ.a.ꝑcise significat q̃ omnis propositio est falsa.igitur non omnis propositio est falsa:qd est oppositum casus. ℭ Ex eadẽ conclusione cum suo corrolario sequitur:q̃ non est possibile q̃ q̃diu.a.erit:erit ita q̃ quodlibet verum erit falsum: ꝛ q̃ q̃diu.a.erit.a.significabit precise q̃ quodlibet verum erit falsum.probatur.quia si est possibile ponatur ergo ĩ esse:ꝛ quero si.a.est verum:vel falsum:si verum.ꝛ q̃diu erit significabit precise q̃ quodlibet verum erit falsum.igitur q̃diu.a.erit:erit ita q̃ qlibet verũ erit falsum: arguit̃ tũc sic.qlz verũ erit falsũ.a.erit verũ:igit̃.a.erit falsũ.ista ꝓña est bona:ꝛ q̃diu.a.erit ipsa erit bona significãs precise iuxta compositionem suarum partium:ꝛ q̃diu.a.erit:erit añcedẽs verum.igitur q̃diu.a.erit consequens erit verum. ꝛ per consequens q̃diu.a.erit.ipsum erit falsum.Si dicitur q̃.a.erit falsum: Contra q̃diu.a.erit:ita erit q̃ qlibet verum erit falsum:ꝛ q̃diu.a.erit significabit precise q̃ quodlibet verum erit falsum.igitur q̃diu.a.erit.a.erit verum:ꝛ
3ª ℭ ita sequitur cõtradictio. ℭ Tertia.ꝓclusio est ista possibile est omnem propositionem esse falsam.ꝛ hanc omnis ꝓpositio est falsa significare adequate omnem ꝓpositionem esse falsam:ꝓbatur.possibile est q̃ omnis ꝓpositio sit falsa:ꝛ q̃ hec omnis propositio est falsa:q̃ sit.a.sit propositio vt est manifestum:quo admisso.a.significat adequate aliquid vel aliqualiter:sed non videt̃ qualiter nisi q̃ omnis propositio est falsa.igitur.ꝛc. vnde admisso q̃ omnis propositio est falsa:ꝛ q̃.a.adequate significat omnem propositionem esse falsam:dico q̃.a.est falsum.ꝛ si arguitur sic. .a.est falsum.ꝛ.a.significat adequate q̃ omnis propositio est falsa: igitur non omnis propositio est falsa:nego consequentiam:licet teneret extra materiam insolubilium.sed hec debet esse minor.a.significat precise q̃ omnis propositio est falsa:aut ista.a.significat principaliter:q̃ omnis ꝓpositio est falsa:quorum vtrumq̃ negatur.quia dicitur in casu isto q̃.a.significat omnem propositionem esse falsam ꝛ.a.esse verum.Et hoc significatum copulatiuum dicitur principale significatum.a.licet non adequatum sed solum prima pars.ℭ Ex ista conclusione sequitur q̃ possibile ẽ q̃ q̃diu.a.erit:erit ita q̃ quodlibet verum erit falsum.ꝛ q̃diu.a.erit sic adequate significabit. Nam posito hoc ꝛ admisso:nullum sequitur inconueniens.quia in cãu isto dico: q̃.a.erit falsum.q̃diu.a.erit. ꝛ q̃ non significabit precise q̃ quodlibet verum erit falsum.sed bene significabit illd adequate.sed vltª hoc significabit q̃.a.erit verum.qd negatur:ita q̃ adequatum significatum erit. q̃ quodlibet verum erit falsum.penes qd non dicitur.a.verũ nec falsum; ꝛ principale erit q̃ quodlibet verum erit falsum: ꝛ.a.erit verum penes qd dr̃.a.falsum ratione secũde partis ipsius.igit̃.ꝛc.
4ª ℭ 4° conclusio est ista:aliqua sunt duo contradictoria inter se contradicentia que fient non contradictoria per solam desitionem:cuiuslibet propositionis vniuersalis alterius ab aliqua illarum:probatur:ꝛ pono: q̃ omnis propositio vniuersalis preter istam,omnis propositio vniuersalis est falsa:desinet esse in illa hora:ita q̃ ĩ fine hore hec ꝓpositio que sit.a.omnis propositio vniuersalis ẽ falsa: erit omnis propositio vniuersalis.Isto posito patet q̃.a.ꝛ aliqua propositio vniuersalis non est falsa.que sit.b. sũt duo contradictoria quia habent omnes conditiões requisitas ad contradictionem.sed q̃ in fine hore.a.ꝛ.b.non erũt cõtradictoria probatur:quia tam.a.q̃.b.tunc erit falsum.igitur illa non erunt contradictoria:antecedens ꝓbatur.nã q̃.a.erit falsum manifestum est.quia erit ĩsolubile seipm falsificans:ꝛ.q̃.b.erit falsum probatur. Naꝫ.b.in fine hore erit particularis negatiua non insolubilis: cuius quelibet singularis est falsa:ꝛ cuilibet supposito subiecti correspondebit vna singularis:igitur.b.tunc erit falsum: q̃ autem per solam desitionem cuislibet alterius vniuersalis patet.quia remanentibus alijs vniuersalibus que iã sunt: illa continue erunt contradictoria:igitur q̃ fiant non contradictoria:hoc est per desitionem illarum.ℭ Ex ista conclusiõe sequitur corrolarie.Or licet illa duo quodlibet verum erit falsum.ꝛ aliquod verum non erit falsum.sint cõtradictoria:tamen non essent contradictoria: si vniuersalis fieret insolubilis:patet.quia quelibet illarum esset falsa.sed contradictoriũ vniuersalis daretur per negationẽ
2ª ℭ prepositam toti:ꝛ illud significaret disiunctiue opposito modo ad vniuersalem.vz.q̃ aliquod verum non erit falsum:vel q̃.a.non erit verum.ꝛ hoc est verum ratione secũde partis:per hoc patet responsio ad argumentum principale concedendo illam consequentiam.a. significabit precise q̃ quodlibet verum erit falsum.igitur.a. erit falsum:ꝛ ad ꝓbationem non admitto casum:quia ꝓplicat cõtradictionem vt clare est ostensum.quare.ꝛc.

ℭ Capitulum de inceptiõe ꝛ desitione.

Exto decimo principaliter ad q̃stionem arguitur sic.ista consequentia est bona Sor.nũc est albus.ꝛ immediate ante hoc non fuit alb̃ demonstrando instans qd est presens.igit̃ sor.incipit esse albus.Et hec eadem non valet.igitur questio vera.tenet consequentia
3ª ℭ ꝛ antecedens probatur:ꝛ primo q̃ illa consequentia sit bona ex quo arguitur ab exponentibus ad expositam:ꝛ q̃ illa consequentia non valet probatur casu possibili posito erit antecedens verum aliquando:ꝛ tamen pro tunc erit consequens falsum.igitur consequentia non valet:antecedens probo:ꝛ pono:q̃ sor.sit albus:ꝛ q̃ nunq̃ fuit albus:ꝛ ita remanebit albus per totam vitam suã. Isto posito antecedens erit verum per totam vitam sor.ex quo per ly B̃ non demonstrabitur nisi instãs qd est modo.ante qd sor. nunq̃ fuit albus:ꝛ q̃ consequens sit falsum patet. Nam nunq̃ post instans presens viuente sorte erit ita q̃ ipse nõ est albus.igit̃ nunq̃ erit ita q̃ ipse incipit esse albus. patet consequentia.quia ex opposito sequitur oppositum.

Pro declaratione huius arguñti pono 4.or conclusiones: q̃ p̃ria est
p.p ista. Sor. mouetur in instanti presenti: ⁊ tamen non mouetur in hoc instanti demonstrando instans presens: probat̃ quia illa consequentia non valet: sor. mouetur in instãti p̃senti. igitur sor. mouetur in hoc instanti demonstrando instans presens: stabit igitur oppositum consequentis cũ antecedente ⁊ habetur conclusio: ⁊ q̃ illa consequentia non valet probo (⁊ pono) q̃ sor. mouebit̃ post mille ãnos. Isto posito post mille annos erit ita sicut significatur per antecedens: quia si aliquid mouetur istud mouetur in instanti presenti ⁊ tamen tunc non erit ita sicut significatur per cõsequens: q̃ tunc non erit B̃ instans demonstrande instans q̃ ō est presens. Confirmatur conclusio sic. quia ista conclusio est possibilis aliquid mouetur in instanti presenti ⁊ tamen non mouetur in hoc instanti demonstrando instans presens. igitur a simili illa conclusio. consequentia tenet: ⁊ antecedens arguitur: Nam illa consequẽtia non valet aliquis mouetur. igitur aliquid mouetur in B̃ instanti demõstrando instans presens cum antecedens sit necessarium: ⁊ consequens contingens: stabit igitur oppositũ consequẽtis cum antecedente: ⁊ q̃ antecedens sit necessarium manifestum est: sed probatur consequens esse cõtingens: ⁊ arguo sic. aliquid mouetur in hoc instanti. igitur hoc instans est: demonstrando instans presens cuius consequentie cõsequens est contingens: ⁊ antecedens est verum. igitur an
Cor.m tecedens est contingens: q̃ō fuit probanduz. ¶ Ex ista cõclusione seq̃t̃ correlarie. Q̃ sor. incipit eẽ albus: ⁊ tũ ipe nõ est alb⁹ in B̃ instãti. nec imediate post B̃ erit albus demonstrando instans presens: probatur. ista consequentia non
Cor.n valet: sor incipit esse albus. igitur sor. est albus in hoc instãti vel immediate post hoc erit albus demonstrando per li hoc instans quod est presens: quia post mille ãnos erit ita sicut significatur per antecedens vt suppono: ⁊ tunc non erit ita sicut significatur per consequens: quia tunc nõ erit nec poterit esse hoc instans presens. stabit igitur oppositũ
2.a.p consequentis cum antecedente: ⁊ habet̃ cor.m. ¶ 2.a cõclusio est ista. Nihil mouetur ĩ hoc instãti q̃ō est presens: ⁊ tamen aliqd mouetur in instanti presenti: probatur ista consequentia nõ valet. Q̃ nihil mouetur ĩ hoc instanti q̃ō est presens. igitur nihil mouetur: quia antecedens est possibile: ⁊ consequens impossibile: stat igitur oppositum conse-
Cor.m quentis cum antecedente ⁊ habetur conclusio. ¶ Ex ista cõclusione sequitur correlarie. Q̃ sor. nũc est albus: ⁊ immediate ante hoc instãs non fuit albus demõstrando instãs presens. igitur sor. incipit esse albus. Fm q̃
cor.m ostendit ratio añ oppositũ. ¶ Itẽ similiter sequit̃ q̃ illa cõsequẽtia nõ valet. sor. nõ est albus. ⁊ immediate ante hoc fuit albus: demonstrãdo instãs presens. igitur sor. desinit esie albus: ponẽdo q̃ sor. desinit esse albus: ⁊ desinit esse per remotionem de presenti. Isto posito cras antecedens erit verum: ⁊ consequens falsum omni deducta impositione noua. ¶ Quarta cõclusio ẽ ista. In quocunq̃ ĩ 4.a.p
stãti in quo sor. incipit esse: in eodem ipse incipit esse. Q̃ tamen sortes incipit esse in aliquo instãti in quo ipse non incipit esse: probat̃ (⁊ pono) q̃ sor. incipiat esse per remotionem de presenti. Isto posito. patet prima pars conclusiõis. sed secũda probatur. nam sortes nunc nõ est in aliquo istãti in quo ipse nõ incipit esse: ⁊ immediate post hoc instans presens ipse erit in aliquo instanti in quo ipse nõ incipit esse: patet consequentia. quia ex quo alij modi arguendi nõ valent vt ostẽsum est: videtur q̃ iste sit bonus: antecedẽs autem patet intuenti. ¶ Similiter in desitione sor. conceditur q̃ ipse desinit esse in instanti: in quo ipse non desinit esse exponendo per remotionem de presenti. ¶ Ex ista cõ Cor.m
ne sequitur correlarie. Q̃ so. ⁊ pla. incipiunt esse in istãti presenti: ⁊ pla incipit esse in instãti in quo ipse incipit esse: ⁊ tamen sor. incipit esse ĩ instãti in quo ipse nõ incipit esse. patet. dato q̃ sor. incipiat esse per remotionez de presenti ⁊ pla. per positionem. Eodez modo dicitur: de desinit. q̃ a ⁊ b. desinunt esse in hoc instanti: q̃ō est presens ⁊ a. desinit esse in instãti in quo desinit esse. ⁊ b. non desinit esse in instãti in quo desinit esse. patet supposito q̃ a. desinit eẽ per positionẽ de presenti ⁊ b. per remotionem.

His visis patet responsio ad argumentum p̃cipale dicendo q̃ illa consequentia nõ valuit. Et ad probationem dico q̃ non arguitur ab exponentibus ad expositam: immo nec debz exponi istud verbum desinit: aut incipit. sed incipit habet cãs veritatis quarum prima est vna copulatiua facta per affirmationem de presenti ⁊ negationem de preterito: Alia vero est vna copulatiua facta per negationem de presenti: ⁊ affirmationez de futuro: verbi gratia huius. hoc incipit moueri: prima causa est ista. hoc mouetur: ⁊ non immediate ante instans presens mouebatur. secunda est ista. hoc non mouetur ⁊ ĩmediate post instans presens mouebitur: ⁊ a qualibet istaruz ad illam. hoc incipit moueri est bonum argumentuz: ⁊ nõ econuerso: quia semper oppositum consequentis stat cuz antecedente. Similiter hoc verbum desinit habet duas causas veritatis vnam per positionez de presenti: ⁊ remotionem de futuro. Aliam vero per remotionem de p̃senti ⁊ positionem de preterito: vt huius. hoc desinit esse. prima causa est ista. hoc est ⁊ non immediate post istans presens erit. secunda causa est hec. hoc non ẽ: ⁊ immediate ante instans presens fuit. a. quarum qualibet ad illã hoc desinit esse: est bona consequentia. ⁊ non econuerso. Et si vnq̃ iste vocentur exponentes: hoc non ẽ proprie: sed cõmuniter sumendo expositionem pro omni numero plurimũ propositionum iferendi reliquaz. sed de his als diffusius sum locutus. quare. ⁊c.

¶ Capitulum de immediate.

Decimo septimo principaliter ad q̃stionem arguitur sic. ista cõsequentia est bona. A. non est verus: ⁊ immediate ante instans presens fuit verus. igitur. a. desunt esse verum: ⁊ hec eadẽ nõ valet: igitur questio vera tenet consequentia cum maiori ab exponentibus ad expositam: seu a b vna causa veritatis ad propositionem habẽtem il lã cã z ⁊ minor probat̃. nã casu possibili posito antecedens est verum: ⁊ consequens falsum. igitur consequentia non valet. antecedens arguit̃. et pono q̃ a. sit falsum: ⁊ in qualibet parte paribore preterite fuit verus: ⁊ in qualibet parte impari fuit falsum. diuisa hora in partes pro-

portionales minores: versus hoc instans presens. Isto posito patet prima pars antecedentis. sed secundam probo. Naz immediate ante instãs presens fuit aliqua pars par: sed quandocũqz fuit aliqua pars par hore preterite. a. fuit verum. igitur immediate ante instãs pñs. a. fuit verũ. Sz iam probo: q̃ ꝓñs sit falsuz. qz. a. nõ est verum: ⁊ immedate ante instans presens. a. nõ fuit veruz. igitur. a. non desinit esse veruz: patet consequentia qz ex oppositio sequitur oppositũ ⁊ antecedẽs probatur: nã prima pars est casus: ⁊ scõa probatur. Naz immediate ante instãs presens. a. fuit falsum. Sed quandocũqz. a. fuit falsum. a. nõ fuit verũ. igitur immediate ante instãs presens. a. nõ fuit verum: tenet ꝓña cum minori: ⁊ maiorem probo: qm̃ immediate ante ĩstans presens fuit aliqua pars impar: ⁊ quãdocũqz fuit aliqua pars impar hore preterite. a. fuit falsum: igitur immediate ante instans presens. a. fuit falsum.

Pro solutione huius rationis pono quatuor conclusiones: quarum prima
p^a ꝓ est ista. A. propositio immediate ante hoc fuit vera: ⁊ falsa: ⁊ immediate post hoc erit vera ⁊ falsa: ⁊ tamen non simul fuit vera ⁊ falsa: nec erit simul vera ⁊ falsa: probatur (⁊ pono) q̃. a. se habebit in hora preterita sicut in hora futura: diuidendo ipsaz in partes proportionales minores versus hoc instans presens. Isto posito patet secunda pars conclusionis. ⁊ primam probo: nam immediate ante hoc fuit aliqua pars par: ⁊ aliqua pars impar: sed qñcunqz hore preterite fuit aliqua pars par: ⁊ aliqua pars impar. a. fuit verum ⁊ falsum. igitur immediate non hoc. a. fuit verum ⁊ falsum. tenet consequentia cuz minori: ⁊ maiorem probo: nam ante hoc fuit aliqua pars par: ⁊ aliqua pars impar. Et nulluz fuit instans ante hoc: quin inter illud ⁊ hoc fuit aliqua pars par: ⁊ aliqua pars impar. igit̃ ⁊c̃. Cõsimiliter probatur q̃. a. immediate post hoc erit verũ ⁊ falsuz: quia immediate post hoc erit aliqua pars par: ⁊ aliqua im
Cor^m par. igitur ⁊c̃. ¶ Ex ista ꝛcione seqt̃ corrolarie. Qz duo ꝓdictoria inter se ꝓtradicentia incipiunt esse vera: que nec sunt vera nec in aliquo instãti erunt vera: probatur (⁊ pono) q̃. b. incipiat esse contradictorium. a. per remotionez de presenti. Isto posito. a. incipit esse verum: ⁊. b. incipit esse verum ⁊. a. ⁊. b. sunt contradictoria vel incipiunt esse cõtradictoria. igitur ⁊c̃. q̃. a. incipit esse verum patet: quia nõ est verum: ⁊ immediate post instans presens erit verum. igitur ⁊c̃. ⁊ q̃. b. incipit esse verum patet. quia. b. non verũ ex quo non est: ⁊ immediate post instans presens erit verũ. igit̃ imediate post istãs pñs. b. erit vex. tz ꝓña cũ maiori: ⁊ minorẽ ꝓbo: qz immediate post instans presens. a. erit flm: qua erit aliqua pars impar: ⁊ quandocunqz. a. erit fal
2^a ꝓ sum: tunc. b. erit verum: igitur. ⁊c̃. ¶ Secũda conclusio ẽ ista. Aliqua propositio desinit esse contingens necessaria ⁊ ĩpossibilis ⁊ tamen ipsa non est contingens necessaria nec impossibilis: nec in aliquo instanti fuit huiusmodi: probatur (⁊ pono) q̃. a. propositio ĩ prima parte ꝓportionali hore preterite fuit contingens: ⁊ in secunda necessaria: ⁊ ĩ tertia impossibilis. in quarta iteruz contingens. in quinta necessaria in sexta impossibilis ⁊ sic circulariter per oẽs tres partes proportionales. ⁊ q̃. a. non sit propositio ꝓpter elõgationem partium ad inuicez. isto posito patet secũda ꝑs conclusionis ⁊ ꝑma probatur similiter: quia. a. non est cõtingens necessaria nec impossibilis: ⁊ immediate ante instãs presens fuit huiusmodi: nam in omni trinario partiũ proportionalium hore preterite. a. fuit cõtingens necessaria: ⁊ impossibilis. sed immediate ante instãs presens fuit aliquis trinarius partium proportionalum hore ꝑterite:
Cor^m igitur. ⁊c̃. ¶ Ex istã conclusiõe sequit̃. Qz aliqua duo incipiunt ĩuicem repugnare: ⁊ ĩuicem conuerti. probatur: ⁊ pono q̃. a. ⁊. b. nõ conuertantur: nec repugnẽt: sed in qualibz parte pari hore future ꝓuertẽtur: ⁊ in qualibet impari repugnabũt. isto posito patet cõclusio qz. a. ⁊. b. nõ repugnãt ĩuicem: nec cõuertũtur. Et immediate post istãs presens. a. ⁊. b. repugnabũt. ⁊. ĩuicem cõuertẽtur. quia immediate post istãs pñs erit ꝑs aliqua par: ⁊ aliqua pars ĩpar. ¶ 3^a. cõclusio ẽ ista. Aliqua propositio icipit esse sequẽs ad oẽz propositionẽ: ⁊ eadem icipit esse repugnãs cuilibet propositiõi: probatur: ⁊ pono q̃. a. ĩqualibet parte pari hore future erit necessarium simpliciter: ⁊ ĩ qualibet parte impari erit impossibile simpliciter. isto posito patet cõclusio ꝑ exponẽtes. ¶ Ex ista cõclusione sequitur corrolarie. Qz aliqua ẽ cõsequẽtia mala que immediate post istãs presens erit bona: ⁊ tamẽ imediate post istãs presens significabit omnino sicut nunc significat: probatur (⁊ pono) q̃. a. sit vna cõsequentia: cuius antecedẽs sit possibile: ⁊ cõsequẽs impossibile: que ĩ qualibet parte impari hore future se habebit omnino sicut nũc se habet: ⁊ in qualibet parte pari tam antecedẽs q̃ cõsequẽs erit impossibile. isto posito patet: q̃. a. ẽ ꝓsequẽtia mala ⁊ q̃. a. immediate post istãs presens erit bona ꝓña. probo. nam immediate post istans presens erit antecedẽs impossibile: igitur erit bona cõsequentia: ⁊ q̃ immediate post istãs presens omnino significabit sicut nunc significat manifestum ẽ: quia immediate post instans presens erit aliqua pars impar. igitur ⁊c̃. ¶ Quar 4^a ꝓ
ta cõclusio ẽ ista. Aliqua ẽ copulatiua que significat: significauit: ⁊ significabit precise iuxta compositionem suarum partium: cuius quelibet pars immediate ante hoc fuit vera: ⁊ immediate post hoc erit vera: ⁊ tamen illa copulatiua non est: nec erit: nec fuit vera: patet ista cõclusio. dato q̃. c. sit vna copulatiua composita ex. a. ⁊. b. suo contradictorio retentis casibus de diuisione horaruz preterite. Cor^m
⁊ future. ¶ Ex ista conclusione sequit̃ corrolarie. Qz Aliqua est vniuersalis que qñcunqz fuit: fuit falsa: ⁊ qñcunqz erit: erit falsa: ⁊ imediate ante instãs presens fuit quelibet singularis illius vera. et immediate post instans presens erit quelibet singularis eiusdez falsa: ⁊ cuilibet supposito subiecti ꝓtinue correspondebat ⁊ correspondebit vna singularis: patet de ista. vtrunqz istoruz est verum demõstratis. a. ⁊. b. contradictoryꝫ cuius singulares sunt iste due: B istorum est verum demonstrando. a. ⁊ hoc istorum est verum demonstrando. b.

Respondet igitur ad rationem: concedendo consequentiam antecedẽs ⁊ cõsequẽs in cãu illo: ⁊ tũc ad ĩprobationẽ. a. nõ ẽ verũ: ⁊ ĩmediate añ instãs pñs nõ fuit veruz: igitur. a. non desinit esse veruz. negat̃ ꝓña: nec ex oppo° sequit̃ oppo^m: qm̃ concedo ista duo imediate ante instans pñs. a. fuit verum: ⁊ imediate añ instans pñs. a. nõ fuit verũ. Iz als alr opinãdo nõ ꝓcessi scõam ĩ cãu isto: nec illa sunt ꝓtradictoria. sed se bñtia ꝑ modũ subcõtrariox: ⁊ cuilz illox dat̃ ꝓdictoriũ ꝑ negationẽ ꝓpositaz toti. ¶ Ad inferendũ q̃ q̃. a. non desinit esse verum debet sumi talis minor non immediate ante instans pñs. a. fuit vex que negatur: quia iam suuz ꝓdictoriũ concessium est. quare. ⁊c̃.

¶ Capitulum de exclusiua.

Decimo octauo pricipaliter ad q̃stionẽ arguit̃ sic. ista consequentia est bona. Tm̃ nõ omnis homo est risibilis: ergo non omnis homo ẽ risibilis: ⁊ hec eadez non valet. igitur questio vera. tenet consequentia cuz maiori: quia arguitur ab exclusiua ad suam ꝑiacentem: ⁊ minor probatur: nam antecedẽs est veruz: ⁊ cõsequens falsuz: igitur cõsequentia non valet. q̃ antecedẽs sit veruz: ꝑbatur sic. Qẽ risibile ẽ nõ omnis homo: igitur tm̃ nõ oĩs homo ẽ risibilis: tenet ꝓsequentia ab vl̃i ad suã

exclusiuã de terminis trãspositis añs ẽ vex: igitur ⁊ ꝓñs. Qz aũt ꝓñs ꝑncipale sit falsũ manifestũ ẽ: quia suũ ꝓdictoriũ ẽ verũ: vz. oĩs homo est risibilis.

Pro solutione huius argumenti pono quattuor conclusiones quarum prima est ista. Sicut nulli exclusiue negatiue correspondet vniuersalis de terminis transpositis de forma: ita nec alicui affirmatiue primi vel secundi ordinis: prima pars patet: nam omnis exclusiua negatiua: aut est expositibilis: sicut ista: tantum homo non currit: aut causaliter probabilis. sicut ista: non tm̃ homo currit. sed nulli istarum correspondet vniuersalis: de terminis trãspositis. igitur ⁊c. Minorez probo (⁊ pono) pro prima parte: ꝙ nihil qd̃ ẽ homo currat: ⁊ ꝙ etiaz nihil aliud ab homine currat. Isto posito hec est falsa: tm̃ homo non currit: ⁊ hec est vera. omne currens non est homo. Et illa similiter omne currens hõ non est. igitur ⁊c. ¶ Pro secunda parte pono ꝙ omnis homo currat: ⁊ etiaz multa bruta. isto posito hec est vera: non tm̃ homo currit. ⁊ hec est falsa: nulluz currẽs est homo: Scõa pars cõclusionis est manifesta: qm̃ hec est vera: homo tm̃ est animal: ⁊ hec est falsa. omne animal est homo. Similiter hec est vera: tu es intelligens tantuz ens vel non ens: ⁊ hec est falsa: Omne intelligẽs ens: vel nõ ens es tu. Aliqm̃ tamen ab exclusiua negatiua ad vniuersalez de terminis transpositis est bonum argumentum: ⁊ econuerso non: tamen inuicez de forma correspondent quia ratione terminorum ⁊ non forme tenet illud argumentum. Nam bene sequitur: tm̃ chimera non est ens. igit̃ oẽ ens nõ est chimera: ⁊ ecõuerso. Sil'r segtur: tm̃ substantia non est accidẽs igit̃ omne accidens nõ est substãtia: ⁊ ꝛ°. ¶ Ex ista cõclusione segtur correlarie. Qz huic: tm̃ non omnis homo ẽ risibilis nõ correspondet hec vniuersalis secũ cõuertibilis Omne risibile ẽ nõ oĩs homo: qz si exclusiue negatiue nõ correspondet negatiua: a fortiori nec affirmatiua. ¶ Secunda conclusio est ista. Aliqua est exclusiua affirmatiua primi ordinis cui proprie nõ correspondet vniuersalis de terminis transpositis: voco nãq; exclusiuam ⁊ vniuersalez inuicẽ correspondere proprie: que sunt de terminis transpositis: non addito: nec diminuto aliquo: quemadmoduz sunt iste: Tm̃ homo est animal: ⁊ omne animal est homo: tm̃ risibile est animal rationale: ⁊ omne animal rationale est risibile: conclusio patet de multis exclusiuis: vnde hec. tm̃ homo ẽ iste hõ: non põt habere propriã vniuersalez: qz p̃dicatũ non põt subici in vniuersali: tm̃ hz vnã impropriaz vl'em. s. oẽ ens iste homo est homo. Item hec tantum asinus est hominis: non habet illam vniuersalem cuiuslibet hominis est asinus. quia in casu exclusiua est vera: ⁊ vniuersalis falsa: sed habet hanc non sibi sed alteri propriã. s. omne ens hominis est asin⁹. Itez huic tm̃ hominis est asinus: nõ correspõdet illa: omnis asinus est hominis: quia in casu: prima est vera. sine scõa. sed hec omne habens asinum est homo: que ẽt nõ est propria illi exclusiue: sed alteri. vz. tm̃ homo est habens asinum. ¶ Itẽ huic exclusiue: tm̃ sicut est significat: a propositio sit. a. illa. nulla chymera est non correspõdet illa vniuersalis. omne significans. a. propositio est sicut est: qz exclusiua est vera. ⁊ vniuersalis falsa. dato ꝙ precise verum illa significet. sed ista qualiter cunq; significat. a. ꝓpositio est verum: ⁊ ita de ml'tis alys ⁊c. ¶ Ex ista ꝓclusione sequitur correlarie. Qz est aliqua vniuersalis affirmatiua: cui non potest proprie assignari exclusiua: patet de qualibet istaruz: omnis hominis est asinus. omnis asinus est hominis: p̃me nãq; non correspondet ista: tm̃ asinus est hominis: quia in casu vniuersalis esset vera ⁊ exclusiua falsa. sed ista tm̃ habẽs asinuz est homo. Sil'r nec scõe correspondet illa: tm̃ hominis est asinus propter causam dictam: sed ista tantum ens hominis est asinus: ⁊ patet: ꝙ nulla istarum exclusiuarum est propria alicui illaruz vniuersaliuz cũ nõ sit de ꝓsimilibus extremis. sed aliarum de consimilibus: vt patet intuenti.

¶ Tertia ꝓclusio est ista. Aliqua est exclusiua affirmatiua primi ordinis: cui nullo modo potest vniuersalis correspõdere: patet de ista: tm̃ necessario homo est risibilis: si enim aliqua vniuersalis sibi correspondere videtur ꝙ vna istaruz. necessario omne risibile est homo. omne necessario risibile est homo. omne risibile necessario ẽ homo: omne risibile est homo nccio non prima: quoniaz illa non est vniuersalis: nec secunda: vel tertia: qz quelibet illarũ est falsa vt patet: ⁊ exclusiua vera: vt patet per exponentes videlicet. necessario homo ẽ risibilis: ⁊ non necessario aliquid non homo est risibile: huius nãq; secunde ꝓtradictoriuz ẽ impossibile: nec ẽt similiter q̃ta potest correspõdere: quia 3 necessario: vel tenetur copulatiue: ⁊ sic illa nõ est vniuerlis: sicut nec prima: vel tenetur diuisiue: ⁊ sic est falsa: sicut secũda: vel 3ª: quia equiualet isti: omne risibile necessario est homo quod est falsuz. ¶ Ex ista conclusione sequitur correlarie: Qz a supiori distributo ad suuz inferius: cuz debito medio dictione exclusiua addita subiectis: non valet cõsequẽtia: quia non sequitur: tm̃ necessario homo est risibilis. sed plato est risibilis. igitur tm̃ necessario homo est plato: antecedens enim est verum: ⁊ consequens falsum.

¶ Itez sequitur ꝙ. a. ⁊. b. sunt due exclusiue affirmatiue p̃mi ordinis de consimilibus extremis eodem modo: ⁊ precise pro eisdem supponentibus. quaruz vna est vera. ⁊ reliqua falsa. patet de istis: tm̃ hoc instans est ĩstans: ⁊ tm̃ necessario hoc instans est instans demonstrãdo instans presens: quaruz prima est vera vt patet: per exponentes. ⁊ 2ª falsa: quia nõ necessario hoc instans est ĩstans. ¶ Notãdũ tamen ꝙ licet predicta illarum exclusiuaruz supponãt eodem modo: nõ tamen omnino eodez modo: qz in vna mobiliter: ⁊ alia ĩmobiliter: rõne modi necessitatis. ¶ Quarta conlusio est ista. A nulla exclusiua ad suam preiacentez est consequẽtia bona: probat̃: qz si sic. fit ista ꝓsequẽtia tm̃ hõ currit. igitur hõ currit: ⁊ tunc quero: si cõsequens ẽ preiacens antecedẽtis: vel non: si dicitur ꝙ non: habeo intẽtuz. si dicitur ꝙ sic: Cõtra omne preiacens alicuius exclusiue est pars exclusiue. sed consequens illius consequẽtie nõ ẽ pars antecedẽtis. igitur nec preiacẽs eius: pz cõsequẽtia cuz minori. ⁊ maiori ẽ manifesta per illaz regulaz. preiacens exclusiue est istud qd̃ remanet dempta dictione exclusiua. Itez sequitur qd̃ ĩfinita preiacentia possunt correspõdere illi exclusiue: qz infinitaruz taliũ homo currit est ipsa illatiua. ¶ Ex ista ꝓclusiõe sequitur correlarie. Qz licet a qualibet exponibili propositione ad quãlibet suaꝝ eoponentiuz est bonuz argumentuz: a nulla tamẽ exclusiua ad suuz preiacens valet cõsequentia. ¶ Itez sequitur ꝙ a nulla ꝓpositione de 3° adiacente: ad suũ 2ᵐ. adiacens: potest esse cõsequentia bona: quia nulla propositio põt inferre partẽ ei⁹. ¶ Notãdũ tamẽ ꝙ hec nõ nisi ꝓm viz verboꝝ procedũt vt cũ ꝓtinaci garulo. ⁊ crimioso. ꝓtinaciter procedat̃. Nam eoꝝ opposita ad bonuz intellectum ratione breuiloqui conceduntur ⁊ bene. Cum enim dicit̃ ab. a. ad suũ ꝑiacens ẽ ꝓña bona: ĩtelligit̃ ꝙ ab. a. ad vnũ sil'e: vl' cõuertibile cũ suo ꝑiacente: ẽ ꝓña bona. Et ita a tertio adiacẽte ad suũ 2ᵐ. est bonũ argumentũ: vel a tertio adiacẽte ad ꝓpositionẽ conuertibilez ⁊ sil'em suo secũdo adiacẽti est consequentia bona. Et hunc intellectuz retinens sepissime sum locutus.

Ex predictis pz solutio argumenti principalis: cõcedendo illud. ⁊ negando añs: Et ad probationez nego consequentiam: quia exclusiua ẽ negatiua: ⁊ vl'is affirmatiua. Et si dr̃: q̃ est exclusiua illius vl'is: dico ꝙ ista: tm̃ ens nõ oĩs hõ est risibilis: q̃ est vera si

cut vniuersalis:sicut enim in vniuersali non negatur necessario verbum nec in exclusiua debet negari.quare ꝛc.

¶ Capitulum de inferioritate ⁊ superioritate.

DEcimonono principaliter ad questionem arguit sic. ista consequentia est bona. Homine currente:risibile currit:igitur animali currente:risibile currit:⁊ hec eadem non valet: igitur questio vera. tenet consequentia cuz maiori.quia arguitur ab inferiori ad suum superius affirmatiue:⁊ sine aliquo signo:sz minor probatur:nā casu possibili posito antecedens est verum: ⁊ consequens falsum.igitur consequentia non valet: antecedens probo Et pono ꝙ nihil currat.isto posito consequens est verum. Nam si homo currit:risibile currit.igitur homine currente risibile currit:patet cōsequentia ab vna causa veritatis ad propositionem habentem illā causam.sed ꝙ conseq̄ns sit falsum patet:quia hec disiunctiua cōposita ex suis causis veritatis est falsa.s.si animal currit:homo currit:vl'oū animal currit:homo currit.aut quia animal currit: homo currit:conditionalis est falsa:quia contradictorium consequentis nō repugnat antecedenti ī f^a. temporalis vero ⁊ localis similiter.qr quelibet illarum asserit aliquid currere: qō est contra casum.

Pro solutione huius argumenti. pono aliquas conclusiones.quaruz prima est

p^a p^o. ista.Sicut signa distributiua impediunt affirmatiuum assensum:sic ⁊ confusiua confuse tm̄:prima pars patet: qm̄ nō sequitur:tu es ita bonus sicut sortes.igitur tu es ita bonus sicut aliquis homo:tu es fortior platone.igitur tu es fortior aliquo homine:tu differs ab asino.igitur tu differs ab animali:tm̄ homo est homo.igitur tm̄ homo ē animal. ⁊ ita de alys quibuscunqz. ¶ 2^a pars conclusionis patet qm̄ non sequitur: incipit vel desinit sor.esse. igitur incipi: vel desinit homo esse.⁊ contingenter tu es. igitur contingenter homo est. Ille terminus homo significat adequate hominem. igitur significat adequate animal:si homo currit:risibile currit.igitur si animal currit:risibile currit.

Lor^m ¶ Ex ista conclusione sequitur.Or ab inferiori ad suum superius affirmatiue ratione totius extremi:⁊ nullo signo p̄cedente fallit ꝛm̄a.pz.qr nulla ista ꝛm̄tia valet.te ē est contingens.igitur hominē esse est ꝛtingens:sor.est hō ꝛtingenter.igitur hō est homo cōtingenter: antechristum scis nō esse.igitur hoīem scis nō esse. ¶ Itez ex isto corrolario ⁊ ex ista cōclusione sequtur.Or terminus aliquis officialis ita hz viz cōfundendi terminuz p̄cedētez:sicut sequētem patet.qr ita stat ly hō confuse tm̄ in ista. homo est aīal necessario.sicut in ista necessario homo ē aīal. Itez sequitur ꝙ nō semper licet arguere ab inferiori ad suum superius sine medio: vbi ēt arguatur affirmatiue ratione totius extremi:⁊ sine īpedimēto precedēte.ad īferenduz enim illaz. hominez scis nō esse:oportet ista duo sūmere:hoc scis non

z^a p^o esse.⁊ hoc ē homo.aliter enī nō valeret cōsequētia. ¶ Secūda ꝛclo.Ab īferiori ad suum superius sine signo aliquo ratiōe partis extremi fallit cōsequētia: vī nō sequitur. tu es apparens asinus.igitur tu es aliqualis asinus:tu es dominus platonis.igitur tu es ens platonis.Cōcludēti tibi ⁊ ⁊ cuilibet cōcludēti tibi:tu es idem.igitur alicui:⁊ cuilibet concludēti tibi tu es idez. Or p̄me cūsequentie nō valeāt patet.sz probatur ꝙ vltima nō valeat (⁊ pono) ꝙ tu cōcludas tibi:⁊ cuilibet cōcludēti tibi.isto posito antecedēs est verum:quia huic.tu es idez te demonstrato:⁊ hoc ē cōcludens tibi:⁊ cuilibet ꝛcludenti tibi.igitur cōcludenti tibi:⁊ cuilibet concludēti tibi tu es idem:ꝙ consequens sit falsum patet:quia sequitur:alicui ⁊ cuilibet cōcludenti tibi tu es idem:sed plato est cōcludens tibi.vt suppono:igit alicui:⁊ platoni tu es idez:consequens est falsum:igitur aliqua pars antecedentis est falsa: nō secunda. igitur prima.

¶ Ex ista conclusione sequitur corrolarie:Or illa consequē Lor^n tia non valet.homine currēte:risibile currit.igitur animali currente:risibile currit:qr si arguēdo ab inferiori ad suū superius ratione partis extremi non valet argumentum. a fortiori:si arguitur ab inferiori ad suum superius: ⁊ non ratione partis:nec ratione totius extremi: qualiter est in proposito:quia ille ablatiuus ꝛm̄alis hoīe currente: nō est subiectū:nec predicatum:nec pars subti:nec pars predicati.sed pars totius propositionis a quo ipsa propositio cāle sumit probationez:scz ꝙ causaliter disiunctiue probetur.

¶ Tertia cōclusio est ista.Ab inferiori ad suuz superius af 3^a p^o firmatiue:sine signo ⁊ ratione totius extremi frequenter cōsequentia non valet:vnde non sequitur:homo currit:ergo disputat:album videtur.ergo coloratuz tangit. ¶ Ex Lor^n ista conclusione sequitur.Or ista cōsequentia non est bona de forma.homo currit.igitur animal currit:prout forma arguēdi nō respicit vtrūqz extremorum.quia alia sibi cōsimilis in forma nō valet:qr nō sequitur.hō currit. igit animal videt:⁊ hec est cōsilis alteri.qr antecedētia ⁊ cōsequētia sunt similia:⁊ ꝛsimilis modus seruatur arguendi. Et si dicitur als dixisti istam esse de forma:homo currit. igitur animal currit:⁊ iaz dicis ꝙ non.igitur cōtradictio. Dico ꝙ tunc cepi formaz strictius prout respicit alterum extremū:ita ꝙ si in vna alterū extremum nō mutatur:⁊ in alia mutetur:variatur aliqualiter forma. Nunc autem sumo formaz largius prout respicit solum inferius ⁊ superius ⁊ non alteruz extremuz. ¶ Item patet Or ista conse Lor^n tia nō valet de forma:tu es albus homo. igitur tu es aliq̄lis homo.quia alia sibi consimilis non tenet.quia non sequitur:tu es apparens asinus.igitur tu es aliqualis asin^o.

¶ Item sequitur.Or ab inferiori ad suuz supius de 3° ada Lor^n cente non est vniuersaliter consequentia bona de forma sed bene de secundo adiacente.vnde hec cōsequentia est bona de forma:homo est. igitur animal est.quia quelibet sibi consimilis in forma est bona.sed hec consequentia nō est bona de forma.sor.est homo.igitur homo est homo.qr hec non valet.sor.est homo. igitur homo est asinus: q̄uis enim consequens sit impossibile:illud tamen non mutat formam. ¶ Quarta ꝛclo ē ista.Ab inferiori ad suuz supe 4^a p^o rius affirmatiue:sine signo cōfusiuo:⁊ ratiōe totius extremi:quolibet alio nō variato.est consequentia bona.vt homo currit.igitur animal currit. ¶ Et notandū ꝙ non voco extrema.solum subiectum. ⁊ predicatum sed quoscunqz terminos:qui per verbum:vel signum coniunguntur. verbigratia.homo est animal:ibi subiectum:e predicatuz vocant extrema.⁊ sunt extrema verbi substātiui. ¶ Itez sortes videt hominem.sortes ⁊ hominem sunt extrema verbi adiectiui licet ly hominez nō sit p̄dicatū. ¶ Itē ab homine tu differs ly homine ⁊ ly Tu sunt extrema: ⁊ vocantur extrema differentie. ¶ Itē sor.est aliud a platone:ly sortes ⁊ platone: vocātur extrema differētie:sor.est ita bonus sicut pla.aut melior platone:aut optimus istorum. In omnibus his primus ⁊ vltimus terminus vocātur extrema comparationis: non igitur intelligo per extremum subiectum ⁊ predicatum precise in regla sed īcludo omnes istos modos dummodo non sit impedimentuz ex parte signi precedentis.vel consequentis. ¶ Ex ista cō sione cum sua declaratione sequitur. Or ab inferiori ad Lor^n suum superius cum signo distributiuo non distribuente: seu confusiuo non immobilitante precedente vtrunqz est bonum argumentum:dummodo alia asistant regule adiuncta.patet.naz ratio quare dicebatur sine signo cōfusiuo est:quia illa impediunt affirmatiuuz assensuz vt visuz

est:sed sumendo signum distributiuum non distribuens: ⁊ confusiuum non immobillitans.illud non impedit assensum affirmatiuū.igit ⁊c.patet ꝯnia cum maiori ⁊ minorem probo:quia optime sequtur.tu differs ab omni hoīe. igitur tu differs ab omni animali: tu es fortior omni aīali.igitur tu es fortior omni ente: ⁊ ita de alys:etiam cum signis confusiuis confuse tm̄ mobiliter:vnde bene sequitur: omnis homo currit.igitur omnis homo mouetur: tm̄ homo currit.igitur tm̄ animal currit:quare ⁊c.

His visis patet responsio ad argumentum principale:negando consequentiam illam:homine currente:risibile currit.igitur animali currēte:risibile currit.⁊ tūc ad ꝓbationē hic arguit ab inferiori ad suū supius sine signo. igitur cōsequntia bona:nego argumentū:sed cū hoc requiritur:q̄ arguatur cum constantia totius extremi:qualiter non est in proposito.quare ⁊c.

¶Capitulum de eadem materia sed negatione postposita'.

Vigesimo ad questionem arguit sic. ista consequentia ē bona. Sciens propositionem falsam non est rationale.⁊ omnis propositio falsa est propositio.igitur sciens propositionem non est rationale:⁊ hec eadem non valet. igitur questio vera.tenet consequētia cum prima parte antecedentis:quia arguitur ab inferiori ad suum superius:negatione postposita cum constantia superioris de suo inferiori:ac si diceretur:sor.platonem non videt: ⁊ plato ē homo.igitur sor.hominem non videt ⁊c.ista cōsequentia est bona.igitur per idem:⁊ alia prima. 2ª.pars antecedentis probatur.videlicet q̄ ista consequētia non valet: quia antecedens est verum:⁊ ꝯns falsum.igitur ⁊c.q̄ ans sit verum manifestum est pro secunda parte:⁊ pro prima probatur:ex hoc q̄ suum contradictorium est falsum: videlicet omne sciens propositionē falsam est rationale:qr nihil scit propositionem falsam.q̄ autem ꝯns principale sit falsum similiter patet:qr suum contradictorium est verum videlicet.omne sciens aliquam propositionem est rōnale:q̄re.⁊c.

Pro solutione huius argumēti pono quatuor cōclusiones.quarū ꝑma est ista.

1ª ꝯ Ab inferiori ad suū supius distributum:negatiōe postposita ⁊ cū debito medio:nō valet ꝯseqntia: patet ista conclusio: quia non sequitur:omnis homo non currit ⁊ omnis homo ē animal igitur omne animal non currit: dato enim q̄ nullum rationale currat:sed bene aliquod irrationale.an
Cor^m tecedens est verum:⁊ consequens falsum.¶Ex ista conclusione sequitur corrolarie.Qr nulla istarum consequentiarum valet differēs apla.nō ē nō rōnale:differēs aplatone est hō.igitur differens ab homine non est nō rationale:aliud q̄ pla.nō est non homo:⁊ aliud q̄ plato est homo. igitur aliud q̄ homo non est non hō:animal albius platone nō est nō risibile:⁊ animal albius platone est homo:igitur animal albius homine non est non risibile:prime due consequentie non valent:qr antecedens est verum:⁊ consequens falsum.vt patet per assignationem contradictoriū illarum negatiuarum. 3ª similiter non valet:qr casu possibili posito:est antecedens verum:⁊ consequens falsum: (pono) namq̄ q̄ sor.sit albior.platone:⁊ asinus sit albior homine:isto posito antecedens est verum:⁊ cōsequens falsum:vt patet inspiciendo vt prius condictoria illarum ne-
